



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Epistola IX. Leonis Papae IX. Ad Francos. De rebus in Concilio Rhemensi  
gestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

dicerentur, in quo niueo candore conspicuus ille Dei agnus immolatur, per quem fœda totius orbis lues lauitur. Tales nimirum clerici, etsi non verborum, operum tamen testimonio profitentur, quia non existunt quod censentur. Quomodo enim clericus esse possit vel nominari, qui proprio arbitrio non meruit inclinari?

*Et post multa ad extremum, ubi eiusmodi canonica censura coeruit, hæc ad Petrum: Sed, fili carissime, inenarrabiliter gaudeo, quia exemplo conuersationis instruis, quidquid oratoria facultate docuisti. Plus est enim opere docere quam voce. Quapropter, auctore Deo, palmam obtinebis victoriæ, & cum Dei & Virginis Filio lataberis in cœlesti mansione, & tot mercedibus eris cumulatus, quot ereptis per te a diaboli laqueis fueris constipatus, & quodammodo coronatus.*

## EPISTOLA IX.

## LEONIS PAPÆ IX.

AD FRANCOS.

De rebus in Concilio Rhemenfi gestis.

*Leo episcopus seruus seruorum Dei fratribus & filiis catholicis per uniuersum regnum Francorum constitutis salutem & apostolicam benedictionem.*

**C**OMPERTVM caritati vestræ credimus, quod post consecrationem nostram, &c. *Extat infra in fine actuum Concilii Rhemenfis sub Leone.*

## DIPLOMA

## LEONIS PAPÆ IX.

De concessa basilicæ Vaticanæ decima oblationum.

**B**EATE Petre apostole, ego Leo episcopus seruus tuus, & omnium seruorum Dei, de tuis donis aliquam tibi offero particulam, quam mihi fuit visum dignum & iustum curis, quibus circumdor, auferre, & tibi offerre quasi meam, cum sit tua. Quidquid enim est quod in iuribus nostris sit, licet sit parum ad conferentiam præter-